trahebatur de fornace. Sanctus autem marinus mox egrediens de camino dixit;
Quare lauachrum male ſuccendiſtis et frigidum me accepit et pene
mortuus ſum a frigore? Miniſtri autem diaboli reſpondentes dixerunt. Ro-
gamus te. ne hec annunties imperatori. Nos enim tui cauſa minime lig-
na immiſimus in fornace. et ideo ut dicis frigidus fuit caminus. Sanctus
marinus dixit. Dominus deus ſoluit cogitationem et conſilium ueſtrum. Hec autem
audiens beatus marinus a miniſtris diaboli non eſt confuſus ſed illumina-
batur a dei gratia. Cum uero productus fuiſſet ad imperatorem. ait marcianus;
Iterum diabolum iſtum adduxiſtis michi? Sanctus marinus reſpondit. O cor
tenebroſum et ceci oculi. inmiſit te deus in tenebras exteriores quia imple-
ta ſunt conſilia tua uſque ad mortem. Cecidiſti de throno tuo ad nichi-
lum redactus es. Ego enim ſum marinus. qui tuis manibus male tractatus
ſum. Non agnoſcis me inſipientiſſime quia marinus dicor. Si quid ergo
habes in me facere. fac celerius. Marcianus imperator dixit. Per deos omnes.
niſi te diſperdidero non quieſcam. Sanctus marinus reſpondit. O dibilis deo
et inſipientiſſime omnium. non pertimeſco minas tuas. magis autem
imple menſuram patris tui qui dicitur ſathanas. Simplici conmenta-
rienſis. dixit imperatori. Iube eum excruciari ut non iſta loquatur. Sanctus
marinus hec audiens. ſimulans ſe adquieſcere imperiali precepto. ceci-
dit ad pedes imperatoris et ait. Perterritus ſum ualde ſuper his cominationibus;
et iam paratus ſum ſacrificare. Audiens hec imperator ſupra modum
letus effectus iuſſit theatrum preparari et adeſſe ſecum omnes ciues roma-
nos. Sed et cantatores et choraulas. et luctatores. et circum. uniuer-
ſa ſpectacula uanitatis agi per omnem ciuitatem in honorem ſerapis.
et auguſte ſupra priſtinam conſuetudinem omnes iocundari precepit.
et cunctam leticiam exhibere erga culturam deorum propter marinum qui ſe
ſacrificare ſpopondit. Iuſſit etiam deos adorari. et immolari. ſerapi
et diane. et matri deorum in capitolio. afferri etiam gladium et agnam
albam. ut accipiens immolaret diis. Sanctus autem marinus reſpici-
ens ad imperatorem dixit. Si precipis me immolare diis. oſtende qui
ſit primus deorum. Marcianus dixit. Per deos omnes. maiores hodie quam
capitolani non habentur. Marinus ſanctus dixit. Ignoras quis ſit maior deus.
cui debeam immolare. Tunc marcianus imperator dixit. Sacrifica ergo

Si plenius ame
rinus reſpondit. Ecce
deorum. Tunc ma
autem marinus fle
omnium patrem
ago domine glorie. qui
tendens te bonum
uum tuum deus. et
et edificentur mu
bus omnes dii. Cum
uides. et omnes dii
puli ciuitatis
Beati
deus chriſtianorum. Qu
multo deſidio tu
adorabis eos; Sanctus
a miniſtris tuis.
ſurgent dii tui.
diſcede ab hoc loco
nus ait. Scio et
ut noctu hos au
ſancto martyre. uat
te diſperdam. Sanctus m
deos iurans hec n
ſtas patris tui qu
ſi Christi inuocato n
Marcianus imperator
eum decollari. A
ni pater glorie. et
maui pretio nom
ſancte pater. ſuſcipe
ris. uides eum d
et cinerem ſuper cap
uel quale ſpectacul